Ad ſctm̄ Bartholomeū in inſula. In iſta eccleſia eſt corp⁹ ſcti Bartholomei ſupra altare maius ī tabernaculo. Eſt etiā ibi corpus ſci Paulini. ſci Alberti. ſci Marcelli: et ſci Superātii. Sunt ibi plures reliqe que cū ſupradictis in die ſci Bartholomei apli ⁊ in dñica palmaꝝ oſtenduntr̄. Eſt vnus fons ante altare maius in choro in quo inuenta ſunt corpa ſanctoꝝ. ſ. ſci Paulini ⁊ Superantii. Apud illū ſunt. cc. anni indulgentiaꝝ.

Ad ſanctū Joannē in inſula ex oppoſito ecclie ſcti Bartholomei. hic eſt vnū clauſtrū mulieꝝ: ibi eſt vna capella btē Marie virginis verſus aquas tyberis q̄ apud molendinos appellatr̄. Dicitr̄ q̄ quodā tpe tyberis creuit vt lampades ardētes ante imaginē non fuerūt extincte: nec viſa erat aliqua leſio imagini per aquā facta.

Ad ſanctū Nicolaū in carcere Tulliano in regiōe Ripe: hic ſunt iſte reliqe. Una coſta ſci Mathei apli ⁊ euāgeliſte. Manus ſcti Nicolai. Brachiū ſci Alexii. Statio quinta dñica in quadrageſima.

Ad ſanctā Mariā ī porticu in regiōe Ripe. Hic eſt vnus lapis ꝓcioſus zaphirus in quo imago dei ⁊ btē Marie virginis miraculoſe eſt impreſſa tpibus Joannis pape primi et Juſtini ꝓprii filii Juſtiniani Auguſti ⁊ Theodorici Regis Gottoꝝ heretici Italiā opprimentis. Fuit in vrbe matrona potētiſſima Siniaci cōſulis ⁊ Patricii filia nomīe Galla: inter Romanos diuitiis ⁊ generoſitate precipua patriciatus dignitate ſublimis cognoīata Patricia moribꝰ ⁊ vita beata: ſic enim tpibus vſa eſt boni s vt legē dñi nō deſereret: ⁊ a diuinis nullatenꝰ declinaret: ⁊ q̄ xp̄o ſedula ſeruire curauit:

fuitq; in se creatoris imaginē ⁊ similitudinē prudē
ti circūspectiōe integrā illibatāq; seruauit: xpi
⁊ beate Marie imaginē p manus scōꝝ angeloꝝ
in suo palatio suscipere meruit. Quadā eni die
dū familia circūsedente prāderet supra ꝓpina
toriū predicta omnipotētis dei benedicte Ma
rie matris filii imago nimio fulgore apparuit:
cui⁹ imensa luce ꝓpinator verberat⁹: ante dñaꝫ
redit: ⁊ qđ acciderat territ⁹ nūciauit: mox Gal
la surgens a mensa venit ad locū ⁊ lucem qdeꝫ
vidit: sꝫ imaginem decorā videre nō potuit. Ha
bito igit̄ cōsilio multoꝝ procerū comitata cō
cursu ad Lateranense palatiū festinauit: ⁊ pon
tifici lucis apparitionē religiosa grauitate nar
rauit: piis lachrymis postulans ⁊ magnis pre
cibus vt ad ancillā dñi ipse dñs dignaret̄ veni
re: deo dante reuelante rem nouā pleni⁹ cogita
turus: cuius sanctis precibus venerabilis pon
tifex acquiescens cū ipsis epis ⁊ Cardinalib⁹ ⁊
maioribus ciuitatis ad Galle palatium venit:
⁊ ad locū accedens expansis brachiis ⁊ oculis
leuatis in celū deuotissime intra lucem orauit
Cūq; adhuc venerabilis papa pater orōni insi



steret inter brachia sacratissimā suscepit imagi
nē ⁊ eā adorādā circūstāti multitudini cum la
chrymis timoris ⁊ gaudij demonstrauit: ⁊ quo
btūs Greg. vii. ꝯsecrauit istā ecclesiā que ante
fuit palatiū prenoīate Galle Patricie ⁊ de vita
eiusdē legit̄ in certis aliis legendis.

AD sctm̄ Georgiū. In ista ecclesia sūt iste
reliquie. de lacte beate Marie virginis ⁊
de vestimētis ei⁹. vexillū. lancea ⁊ caput sancti
Georgii: qđ prenoīatū sancti Georgii caput ē
repertū in vna capsa lrīs aureis: significātes il
lud esse p sanctissimū presulē zachariā papā pri
mū ⁊ deduci fecit regionē ad velnꝫ aureū in ve
nerabilē istā diaconiā cū magna solēnitate vbi
in honore suo ꝯsecrata est illa ecclesia p̄noīata:
⁊ plures alie reliq̄e. Statio ⁊ titul⁹ est cardina
lis. Claudius Tyberi⁹ describēs pugnatores ci
ues Romanos: ⁊ inuenit sexies decies centena
milia. vcccc. ⁊. cccc. milia qđ adhuc reperit̄ scri
ptum ante p̄noīatā ecclesiā subtus portugale.

AD sanctā Anastasiā. Ecclesia ista ē ver
sus palatiū Maius constructa ex oppo
sito ecclesie sancti Georgii. Sunt etiam

reliquie·Statio ꝛ titulus cardinalis·

AD ſanctaꝫ Mariaꝫ q̄ vocat̃ Scola greca infra montē Auētini añ ꝓnoīataꝫ eccleſiam poſit⁹ eſt vnus lapis rotūd⁹ ad diſpoſitionē faciei ꝛ vult⁹ q dicebat̃ bucca veritatis ad quē hoīes ſe expurgauerūt: virtutē ſuaꝫ p vnaꝫ mulierē ꝑdidit· fuit ēt ſcola ſci Auguſtini

AD ſanctaꝫ Sabinaꝫ· Iſta venerabilis eccleſia vocat̃ ad ſanctaꝫ Sabinaꝫ de vꝛbe in mōte Auentino quam miro ope pꝛeſbyter vꝛbis Petr⁹ illiric⁹ ſub papa Celeſtino: ſicut patet in lr̄is aureis ſcriptis in pte poſteriori eccleſie ſup poꝛtam cypꝛeſſinam· In iſto loco fuit ſedes aplica ſicut demonſtrat ſtructura palatii: in quo reſidens papa Honoꝛius·iii·cū curia ſua Anno dñi·M·ccxvi·oꝛdinem p̄dicatoꝝ quē ſanct⁹ Dñicus a p̄deceſſoꝛe ſuo papa Innocentio in cōcilio Lateraneñ· ip̄etauerat auctoritate aplica ꝯfirmauit: ꝛ hãc eccleſiaꝫ btō Dñico ob ſpecialē familiaritatē ꝛ magne deuotiōis affectū quē erga eū habuit inhabitandū cū fratrib⁹ ſuis cōceſſit· Cui⁹ etiam ob ꝑpetuaꝫ rei memoꝛiaꝫ calix papalis cū patena ꝛ coꝛpali ꝛ altari ꝛ capelle aplice de alabaſtro in loco iſto reſeruant̃· Hic ſunt ſepulta coꝛpa ſcōꝝ: vꝫ ſcē Sabine· ſcti Theodoꝛi· ſci Alexandri pape· Nota aduentinū pꝛimaꝫ regionē fuiſſe vꝛbis· Hic ē vn⁹ lapis niger ſuſpēſus de quo iſti verſus habent̃

Credidit oꝛantem iacto condere ſaxo
Hic ſctm̄ Dñicum hoſtis verſuto ad ipſum
Marmoꝛis illeſi confracto monſtrat in euum
Hiſqꝫ fidem pꝛebet ſuſpenſus ꝛ iſte molaris·

Sunt ꝯplures alie reliquie notabiles ꝛ ſcripte
(Et ſtatio in die cinerum·

AD ſctm̄ Alexiū i eodē mōte Auētino eſt eccleſia q̄ fuit ante dom⁹ patris ſcti Alexii·hic eſt locus ꝛ grad⁹ vbi p̄dictus ſanct⁹ Alexius pr̄i incognit⁹·xvii·annos pniaꝫ egit vſqꝫ ad annū incarnatiōis dñice·cccviii· ſuū tradidit in manus ſpm̄· In loco iſto ſunt indulgentie oī die·c·annoꝝ ꝛ totidē quadragene· De vita ꝛ moꝛte legit̃ pleni⁹ in legēda ſua· Hic oſtendit̃ i vno tabernaculo vna imago btē virginis circa quam ponūt̃ iſta infraſcripta· Hec eſt illa imago digna btē Marie ſemp virginis quōdaꝫ exiſtēs in eccleſia eiuſdē btē Marie virginis in

ciuitate Edeſſa: vbi beatus Alexius peregrin⁹
degebat: ⁊ coram qua ſemper volebat orare nec
permittebat̃. Unde ipſa beatiſſima imago bis
miraculoſe locuta dixit cuſtodi eccleſie: Fac in
troire hoīem dei ideſt Alexiū qui ſedet foras in
oſtio qui dign⁹ eſt regno celoꝝ. Sub altari ma
iori in choro ſanctoꝝ Bonifacii martyris ⁊ Ale
xii, confeſſoris glorioſa corpa: vt bulla Honorii
iii. pape patens demonſtrat. necnon Hermetis
martyris: ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ reliquie ſunt quorū
meritis ⁊ interceſſionib⁹ ab omnibus malis et
(morbo epidimie liberemur.

Ad ſanctā Priſcā ex oppoſito eccleſie ſan
cte Sabine in monte Auentino prima.
Ubi ab Euandro ſacra eſt Herculis ara
Urbis Romane prima ſuperſtitio poſt.
Ubi ſtructura tot veterū templa puniēda deū
Montis Auentini nūc facta eſt gloria malor
Unius veri religione dei
Precipue tamen ob Priſce nobile templum
Quod Priſcum merito par ſibi nomen habet
Nā Petr⁹ id coluit populos dū ſepe doceret
Dum faceret magno ſacreq; ſepe deo
Dum quos facinoꝝ fontis deceperat error
Hic melius ſacra purificaret aqua
Quod demū multis ſeſe voluentibus annis
Corruit haud vlla ſubuenienti manu
Summus ac antiſtes Calixtus tertius ipſum
Extulit omne eius reſtituit decus
Cui ſimul eterne tribuit dona ampla ſalutis
Ipſius nē qua parte caret ope.

Ad ſanctū Sabbā. hic ē vna fontana cō
ducto in eccl̃ia cui⁹ aqua hoīes poſſunt
guſtare ſeu bibere: ⁊ ex iſta aqua ſctā cu
rabant̃ ⁊ marie a fluxu ſanguis qđ ſepe claruit
miraculis. Et eſt in iſta fontana ſcā de ſcapula
rio ſcti abbatis ⁊ confeſſoris Sabbe. Eſtq; ibi
vna abbatia ordinis ſci Benedicti. Itē poſſunt
videri in loco iſto corpa Titi ⁊ Veſpaſiani: ad
quoꝝ ſepulchrū ſcribunt̃ iſti ſequentes verſus
Conditur hoc tumulo Titus cū Veſpaſiano
Patre felici ſed eminent proſpera Titi
Hieruſalem premens dñi emulos fremens
Aper de ſylua ferus ſingularis in hoſtes
Expurgat vineā ſabaoth ſternendo laborem
Reddit ⁊ cōgruam vindictā populo nequam

AD ſcm̄ Anaſtaſiū·ibi ad tres fontes·In
iſta eccleſia ꝛ monaſterio habet̄ in eodē
loco in choꝛo vna bulla ſcripta q̄ ſic in/
cipit·Anno milleno bis cēteno ꝑmo·quarto no
nas quo xp̄s venit mūdū redemit·Actu diuino
kal̄·Apꝛilis. Honoꝛius felix monos dia·ſacer
hanc aulam ꝯſecrauit papaq̃ dicauit diuinis·
Ac ter ſeptez cardinales collaterales· Interfue
rūt ad martyris dei honoꝛez·Et tunc aſtiterūt
ꝛc Eſt hic colūna ſuꝑ qua btūs Paul⁹ apl̄us de
collatus eſt·¶ In capella ad tres fontes·hic lo
(cus martyrii ſcti Pauli apl̄i·

AD beataz virginē ſcala celi·Hic eſt ſcđa
capella fūdata i toto mūdo ad honoꝛez
beate virginis Marie·Et vocat̄ Scala celi ſuꝑ
quam btūs Bernard⁹ meruit videre ſcalaz ere/
ctam vſq̃ ad celū·In qua q̄cunq̃ celebꝛant aut
celebꝛari faciūt ꝓ aīabus exiſtentib⁹ in purga/
toꝛio meritis eiuſđ beate virginiſ dicte aīe cito
liberant̄: ꝛ quicq̄d ibi deuote petit̄ ſine dubio
impetrat̄: ꝛ ſunt ibi plures īdulgentie: vt patet
in tabula indulgentiaꝝ: Item ſunt ibi recōdita
oſſa decem milium martyrum·

AD ſanctaz Mariam annūciataz· Itē an
no·M·cc.pōtificat⁹ dn̄i Honoꝛii pa·iii·
anno·v·indictiōn̄·viii· menſis Auguſti
die·ix·dedicata eſt hec eccl̄ia in honoꝛē btē Ma
rie virginis ꝛ oīuz ſcōꝝ per manuſ venerabiliū
Auagnini ꝛ Joannis ſanguini epoꝝ aſſiſtenti
bus Joanne villa magne· Joanne ſcē Marie ď
ruſille. Sūt etiam ibi in altari certe ꝛ ſcripte re
liquie ꝑ manus ſupꝛadictoꝝ recōdite: quaꝝ no
mina ponunt̄ in vna tabula apud altare· Item
ſciendū ibi vbi iſta crux eſt in medio dicte ꝛ ſci
Sebaſtiani eccleſie poſita ſunt captiuati iſti·x·
(miliū martyrum ꝛ militū·

DOmine quo vadis·ī iſto loco qn̄ angel/
lus dei beatū Petrum eripuit de manu
Neronis Saluatoꝛ ei obuians: cui Petrus ait:
Domine quo vadis·Et reſpondens: Vado Ro
(mam iterum crucifigi·

AD ſctm̄ Joannē an̄ poꝛtam latinam·iſta
eccleſia eſt ꝯſtructa apud iſtaz poꝛtaz q̄
dicebat̄ poꝛta latina· ibi adhuc eſt loc⁹ vbi miſ
ſu ſeſt ſcūs Joannes in oleo feruentiſſimo· ſūt
multe indulgētie ibi· Eſtq̃ ſtatio q̄drageſime·

AD ſctm̃ Sixtũ ante portã apłam eſt clau
ſtrum mulierũ in ſtrata vbi itur ad ſan
ctũ Sebaſtianũ· Statio in quadrageſi/
(ma:ꝛ eſt titulus cardinalis·

AD ſcãm Balbinã· Iſta eccleſia dicit̃ etiã
ad ſctm̃ ſaluatorẽ:cuiuſ imago oſtendit̃
ſupra ſũmũ altare ĩ choro vbi ſunt ſepulta·vii·
corpa ſanctoꝝ:videlʒ ſctã Sabina·ſctũs Qui/
rinus·ꝛ iſte due virgines quibus iſta prenoĩa/
ta imago apparuit. Eſt etiam ibi ſtatio in qua
drageſima ꝛ titulus cardinalis·Iſtam eccleſiã
conſecrauit ſanct⁹ Gregorius: ꝛ cõceſſit ſeptẽ
(annos indulgentiaꝝ·

AD ſctm̃ Gregoriũ eſt vna abbatia·Gre/
gorius epſ ſeruus ſeruoꝝ dei:ſicut con/
tinet̃ in priuilegio:qui anno ſecũdo ſui p̃ſula/
tus ꝛc̃. Collecta cardinaliũ epoꝝ ꝛ ceteroꝝ Ro
mane eccleſie multitudine eccleſiã iſtã quã ad
honorẽ ſci Andre apłi in Dioſcauri ↄſtruxerat
in qua rudimẽta ꝛ ſcitatis ſuſcepat incremẽta
eo ꝙ detulit ꝑut ei⁹ aĩa deſiderabat cõſecrauit
Quã eccleſiam etiã plenarie dotauit ꝛ priuile/
giis apłcis p̃muniuit: ↄſecratione vero pfecta
flexis ad terrã genub⁹ſe deo humili ſupplicati
one ꝓſternẽs p̃ces fundit ad dñm dicens: Dñe
Jeſu xp̃e fili dei viui qui dixiſti apłis:ꝛ ꝑ apłos
vniuerſis fidelib⁹ xp̃ianis quodcũqꝫ petieritis
patrẽ in noĩe meo dabit vobis:peto ab oĩpoten
tia maieſtatis tue: q̃tenus quicũqꝫ deinceps in
hui⁹eccleſie circuitu elegerit ſepulturam:dum/
modo fidẽ xp̃ianã teneat imppetuũ eterne dam
natiõis nõ ſit incẽdiis mancipand⁹:ſʒ ad eter/
ne vite gaudia ſublimãd⁹·Oratiõe vero cõple/
ta apparuit angel⁹ dñi dicẽs Gregori exandita
ẽ oratio tua·Hic eſt brachiũ bti Gregorii pape
(primi:ꝛ crus ſcti Panthaleonis·

AD ſctm̃ Joannẽ ꝛ Paulũ in Celiomonte
hic regeſcũt corpa ſcõꝝ Joannis ꝛ Pau
li· Circa iſta loca ſancta ponit̃ vna bulla ſcul/
pta que dicit de reconditiõe iſtorum ſanctoruꝫ
prenominatoꝝ·

Preſbyter eccleſie Romane rite Joannes
Hic animi voto dona vouendo dedit
Martyribus xp̃i Paulo pariterqꝫ Joanni
Paſſio quo ſedem contulit eſſe pares.

¶ Statio:ꝛ titulus cardinalis·

AD ſctm̄ Stephanū in Celiomonte eſt ec
cleſia ſtructure rotunde· eccleſiaȝ hanc
pꝛothomartyris Stephani diu ante col
lapſam Nicolaus·v·pōtifex maxim⁹eo integro
reſtauravit:ibi ſunt fratres oꝛdinis ſancti Pau
li pꝛimi heremite:de cuius vita ꝛ obitu hic īfra
ſcripta metra potes legere·
Obitus ꝛ vite pꝛimi tempus heremite
Ut bꝛeviter hec inſpice metra ſolerte
Anno centeſimo ꝛ ſeptuageſimo pꝛimo
Poſt incarnatum xp̄m de virgine natum
Tebalde genitus:Paulus heremita pꝛimus
Hic ſextūdecimum cum pueniſſet ad annum
Mundum reliquit heremiq; ſecreta petiuit
Cui ter denis cum ſeptem inſuper annis
Palma dedit victū coꝛpoꝛis pariter ꝛ amictū
Celitus hinc manna paſtus annis ſexaginta
Domino mittente quotidie coꝛuoq; ferente
Poſt hoc ducētos octuaginta ſex quoq; annis
Patris eterni filii de virgine nati
Anno centeſimo decimoq; vite ſue terno
Paulus de mundo choꝛis ſeptem letabundo
Civium ſanctoꝛum obiit ad regna celoꝛum

Anno vero dn̄i·Mccxl·tranſlat⁹ de Cōſtantino
poli ī Venetias·Anno·M·cclxxxi·tranſlatus
eſt de Venetiis ad vngariaȝ·Statio:titul⁹car·
AD ſanctaȝ Mariaȝ ī navicula ī eod̄ Ce
liomōte ſupꝛadicto· Hic ponit̄ vna na
vis lapidea ī ſignū miraculi an̄ ītroituȝ
(ecclīe·Statio in·xl·ꝛ titul⁹cardi·eſt·
AD ſanctaȝ Mariaȝ īpatricē·hic eſt ima
go beate virgīs q̄ etiaȝ allocuta eſt btm̄
Celeſtinū papaȝ dicendo q̄re ampli⁹ nō ſalutes
me cū ſemp imagineȝ meam p̄tereūdo ſalutes:
ſcūs Celeſtin⁹ geniculando oꝛavit ꝛ petiuit ve
niam coꝛaȝ p̄noīata imagine ꝛ ꝯceſſit poſt hoc
oīb⁹ geniculando oꝛantib⁹ tria pr̄ nr̄ ꝛ tot Ave
maria bona intentiōe ꝛ ꝓpoſito bono quotiens
totiens fecerint·xv·annoꝝ īdulgentiaꝝ
AD ſcm̄ Petrū ꝛ Marcellinū anno nativi
tatis dn̄i·M·cclxvi·īdictiō̄n·xiiii·die·x·
menſis Apꝛilis Alexander ꝯſecravit hanc eccle
ſiam ſctōꝝ Petri ꝛ Marcellini ꝛ vtrūq; altare ꝛ
repoſuit in maioꝛe altari de reliquiis p̄noīato
rū ſctōꝝ ꝛ plurimoꝝ ſcōꝝ quoꝝ noīa bene legi
poſſunt in ſculptura apud hoſtiū eccleſie· Con

ceſſit ipſi eccleſie a dicta die cõſecrationis vſq ad octauã ſingulis annis indulgentiã triũ annoꝝ ꝛ triũ quadragenaꝝ· Et deinde tranſtulit dictã indulgentiaꝫ de dicta die in feriã ſecũdã poſt dñicam ſcdaꝫ q̃dragesime: qua die addidit indulgentiã vni9 anni ꝛ.xl.dieꝝ· Titulus cardinalis· Statio in.xl.eſt·

AD quatuor coronatos btũs Leo.iiii.papa ſub maiori altari recõdẽs collocauit corpa ſcõꝝ martyꝝ Claudii: Nicoſtini: ſimphronii ꝛ plurimoꝝ ſcõꝝ nõia ſculpta ſũt circa prenoĩatum altare: ꝛ etiã alioꝝ corpa ſctõꝝ quoꝝ nõia deo cognita ſunt· Itẽ anno incarnatiõis dñi nr̃i Jeſu xp̃i·M·cxi· Indictiõ·iiii· q̃nta id9 Maii dñs papa Paſcalis·ii·põtificatus ſui anno iuſſit cauare ſub altari qd pri9 cõbuſtũ ꝛ cõfractũ fuerat: ꝛ inuenit duas conchas· Unam porphireticã: ꝛ aliã ex compromiſſo: in quibus erant ſupradictoꝝ ſacra corpora ſanctoruꝫ. In tertia vero die iuſſit vndiq munire conchas ꝛ deſup altare renouare ad memoriã ꝛ honorem ſanctorum ꝛ laudem dñi nr̃i Jeſu xp̃i. Statio: titulus ꝛ ſedes Cardinalis·

AD ſcm̃ Clementẽ eſt clauſtrũ fratrũ ordinis ſcti Ambroſii· Sub altari maiori requieſcit corp9 ſanctiſſimi Clemẽtis pape ꝛ martyris: qd tranſlatũ fuit de ciuitate Cerſona trãſpontũ maris in hãc vrbẽ p xp̃ianiſſimũ ꝛ clemẽtiſſimũ Juſtinianũ imperatorẽ: ꝛ hic multoꝝ alioꝝ ſctõꝝ ſunt reliq̃e ꝛ multe indulgẽtie ꝯceſſe p ſũmos põtifices maxime p ſanctiſſimũ Gelaſiũ papã quotidie illuc veniẽtib9.xl.ãnoꝝ ꝛ totidẽ q̃dragenas veniã ſuoꝝ indulſit peccaminũ de grã ſpãli·ꝛ in·xl·duplicant̃· Itẽ fe.re. dñs Alexander papa·iii·ad honorẽ ſcti Ignatii martyris: cui9 corpus in prenoĩato altari requieſcit: per ſuũ priuilegiũ conceſſit ꝛ largitus eſt tertiã partẽ oĩuꝫ pctõꝝ. Statio: titul9 cardinalis· Itẽ habet̃ in ſerie põtificũ Romanoꝝ q Joannes theotonicus poſt Leonẽ ſedit annis.ii. menſib9·v·dieb9·iiii·vacauit ſedes menſe vna: vt aſſerit̃ femina fuit ꝛ iuuenili hitu ab amaſio ſuo Athenis ducta i diuerſis ſciẽtiis tantũ ꝓfecit vt Rome tandẽ legeret trienniũ: ꝛ magnos mgr̃os diſcipl̃os hr̃et: nec aliq̃s ſibi par ibideꝫ inueniret̃: magne itaq ſcie ꝛ opiniõis exiſtẽs

ī papam ꝯcordi̇ter eligit̃: ſʒ in papatu ꝑ familia-
rẽ ipꝛegnat̃: verũ tp̄s ꝑtus ignoꝛãs: de ſcõ Pe
tro ī lateranũ tẽdẽs anguſtiata pepit inter Co
liſeũ ⁊ ſcm̃ Clemẽn̄ ⁊ ibiꝺ vt dr̃ moꝛtua fuit· hãc
viaʒ qñ papa obliquat dr̃ a pleriſqꝫ ꝙ ꝓpter de
teſtationẽ facti hoc fiat· nec ponit̃ ī cathalogo
põti· ꝑpt̃ mulieꝝ ſexũ q̃ʒtũ ad hãc diffoꝛmitatẽ

AD ſcãʒ Mariaʒ nouã· iſta eccl̃ia ꝯtigua templo qꝺ dr̃ eternitatis. In natiuitate xp̄i multa miracl̃a apparuerũt· tẽplũ pacis Rome ꝯſtructũ: vt dicit Jnnocen· iii· ꝓpter pacẽ q̃· xii· annis rome fuit: qꝺ apollo Rome cõſul͛t⁹ rñdit nõ caſuꝝ donec virgo pareret: funditus ea nocte coꝛruit· Jtẽ in dicta eccl̃ia eſt vna imago btẽ virginis ī vno tabernacl̃o quã btũs Lucas diſcipul⁹ xp̄i depinxit in Troade grecie quaʒ Angel⁹ de franga panis ſecũ romã detulit ī ſupꝛadictaʒ eccl̃iaʒ q̃ tpe Honoꝛii· iii· tota per incẽdia cõſumpta diſpoſitiõi iſti⁹ imaginiſ nulla leſio fcã fuit· Sũt in p̄noĩata eccl̃ia reliq̃e: vʒ ꝺ fragmẽtis qñ dñs nr̃ ieſus xp̄s cibauit· v· milia hoĩm de· v· panib⁹ oꝛdeaceis· Sunt ibi infra altare in choꝛo ſepulta coꝛpoꝛa ſanctoꝝ· ſancti Nemaſii· Tribunii pr̃is ſci Juſtini ſci Simphoniani· ſci Olimphi· ſci Exemperii· ſcẽ Lucille ⁊ mł͛te reliq̃e adducte ꝺ cimiterio ſci Calixti· Eſt ibi ſepulta quedam dña Romana nobilis noĩe Franciſca deo deuota cui⁹ ſepultura eſt cancellata ferro ⁊ deaurata q̃ vſqꝫ hec nõ eſt canonizata: ⁊ nomẽ ei⁹ in libꝛo vite· Titul⁹ cardinalis

AD ſanctũ Coſmam ⁊ Damianũ· Jn iſta eccleſia ponunt̃ infraſcripta metra arte muſaica ſuperius in pariete·

Aula dei claris radiat ſpecioſa metalli
Jn qua plus fidei lux pꝛecioſa micat
Martyribus medicis populo ſpes certa ſalutis
Uenit ⁊ ex ſacro creuit honoꝛe locus
Obtulit hec domino felix antiſtes dignum
Manus ⁊ ethera viuat in aere poli·

Quicũqꝫ viſitauerit iſtaʒ venerabilẽ ſcõꝝ martyrũ Coſme ⁊ Damiani eccl̃iaʒ hʒ oĩ die· M· annos de ĩdulgẽtia poſita a Greg· pa· pꝛĩo: ⁊ ipſe btũs Greg· cõſecrauit altare mai⁹ iſti⁹ eccleſie ⁊ poſuit ſub illo altari coꝛpa ſctõꝝ martyrum Coſme ⁊ Damiani ⁊ plurimoꝝ coꝛpa ſcõꝝ quorũ noĩa habẽt̃ ī vna tabula circa p̄dictũ altare

Ad ſcām Mariā libera nos a penis infer
ni· ſcūs Silueſter Ro· pōtifex a quo Cō
ſtantin⁹ impator a lepra liberat⁹ ⁊ bapti
zat⁹ ꝯſecrauit hūc locū q̄ capella btē ꝟginis vo
caẗ libera nos a penis inferni: ad quē locū oī/
bus ⁊ ſingulis venietib⁹ ⁊ elemoſinā largiētib⁹
vere penitētib⁹ ⁊ ꝯfeſſis· xi· milia ānis de indul
gentia ꝯceſſit: ibiqꝫ draconē ligatū ſubt⁹ terrā
p· c· ⁊· l· paſſus cui⁹ vlulat⁹ ⁊ fremit⁹ p̱ aſtantes
(ſepe ⁊ ſepi⁹ audiunẗ poſuit ⁊ locauit·

Ad ſcām Mariā de cōſolatiōe eſt imago
btē Marie que multa fecit miracula ⁊ ē
in eadē eccleſia plenaria remiſſio oīm pctōꝝ in
die dñica ſctā mēſis Junii a p̄mis veſpis vſqꝫ
ad ſcōas veſpas a papa Sixto· iiii· conceſſas·

Ad ſcām Mariā de grā· hic ē vnū hoſpi/
tale vbi quotidie fiūt elemoſyne īfirmis
⁊ egrotātib⁹ per ſocietatē Romanoꝝ·

Ad carceres beati Petri apl'i retro capito
liū· In hac venerabili eccleſia ꝯceſſa eſt
a ſummis pontificib⁹ vere penitentib⁹ ⁊
cōfeſſis viſitātib⁹ dictā eccleſiam ac largienti/
bus ſuas elemoſynas quotidie tertie partis re/
miſſio oīuꝫ pctōꝝ: ⁊· cc· annoꝝ indulgentiarū·
Necnō voluerūt dcī ſūmi pōtifices dictaꝫ īdul/
gentiaꝫ in dieb⁹ feſtiuis duplicari· Itē in dicta
eccl'ia eſt fons q̄ miraculoſe appuit qñ bti apl'i
Petr⁹ ⁊ Paul⁹ ſtabant in dicto loco incarcerati
de cui⁹ fonte aqua baptizati ſūnt p̱ man⁹ dicto/
rū apl'oꝝ ſcūs Proceſſus ⁊ ſcūs Martinian⁹ q̄
cuſtodiebant in carcere dictos apl'os· corpa ꝟo
dictoꝝ martyrū ſepulta ſunt in dicta eccleſia·

Ad ſcm̄ Adrianū retro capitolium ⁊ ꝑpe
anno dñi· M· ccxviii· pōtifi· dñi Grego·
pape· anno· i· indictiō· i· mēſe Januarii
die: xviii· inuēta ſunt corpa btōꝝ martyrū Ma
rii ⁊ marte ⁊ reliq̄ ſci Adriani ſub maiori alta
ri: ⁊ corpa ſcōꝝ triū pueroꝝ in abſidie ſupra co
lūnam recōdita p̱ magiſtrū Pelagiū epm Albi
neñ· ⁊ dñm Stephanū eiuſdē eccleſie dyaconuꝫ
Cardinalē cū clericis ipſi⁹ eccleſie: vꝫ p̄ſbytero
Bartholomeo: p̄ſbytero Paulo diacono Roma·
noīa plurimoꝝ epōꝝ ſubdiaconoꝝ ⁊ clericoꝝ ⁊
⁊ reliquiaꝝ patēt in vna ſculptura ī choro iſti⁹
eccl'ie· Itē ad ſupplicationē dicti dñi Stephani
cardinalis p̄ſbii Pauli ⁊ Oliuerii dñs Grego·

xi·papa hanc eccleſiam dedicauit·Actũ die meſe indictione vt ſupra·

A D ſcm̃ Marcũ in regiõe pinee ſũt multe venerabiles reliquie q̃ feſtiuis dieb⁹ ponunt̃ ſup altare i vna capſula quaꝝ noĩa patẽt i vna cedula circa ipſaz capſulã vt vnuſqſq; deuotus legere poſſit· quã eccleſiã Paul⁹ pa·ii·a fundamẽto renouauit:maxiſq; indulgẽtiis eaz dotauit:vz oẽs ꝛ ſinguli q eandẽ eccleſiã in octaua ſciſſimi corpis dñi nr̃i Jeſu xpi: ꝛ in Epiphania dñi a·i·veſpis vſq; ad·ii·veſpas incluſiue·Etiaz q a feria·ii.maioris ebdomade ſancte nũcupate prime ſecutura vſq; ad feriã tertiaz reſurrectiõis dñice imediate ſequente trib⁹ cõtinuis aut interpellatis diebus ſaltem ſemel in die pſonaliter ꝛ deuote viſitauerit annuatī·Et pro ſpũalib⁹ ac tpalib⁹ ipſi⁹ eccleſie ornamentis hmõi manus porrexerint adiutrices oĩuz ſuoꝝ pctõꝝ plenariã remiſſioñ ꝛ ĩdulgẽtiã ꝯſequãt̃

A D ſcõs apl'os in regiõe colũne· hec ẽ venerabiliſ eccleſia i bonore·xii·apl'oꝝ primo a Cõſtantino fundata: ꝛ poſtmodũ ab hereticis fuit deſtructa· Pelagi⁹ ꝛ Joannes ſummi ponti· eã in gradũ priſtinũ reſtaurãtes multoꝝ ſcõꝝ corpib⁹ ac indulgẽtiis exornarũt corpibus apl'oꝝ Philippi ꝛ Jacobi iunioris in altari maiori recõditis in dextera pte Eugenie ꝟginis ꝛ aliorũ martyrũ corpa· Jn ſiniſtra ꝟo corp⁹ Sabini martyris· colobiuz bti Tho·apl'i altaria ſacra ſeruãt pedẽ Philippi·brachiũ ſcti Jacobi zebedei·coſtã Laurẽ· ſpatulã ꝛ brachiũ ſci Blaſii·btõꝝ apl'oꝝ martyꝝ ſuprapoſita feneſtra reponit ſp in·vi·feria·iiii·tpm·ꝛ·v·fe·dñica in albis: ac in dñica qua cantat̃:Canite tuba· Statio etiã in ea pma kal'·Maii: ꝛ in ſupradictoꝝ ſcõꝝ ſolẽnitatib⁹ remiſſionib⁹ a põtificib⁹ Romanis ꝯceſſis ſatis dinoſcit̃ pmunita·Statio in.xl· Sedes ꝛ titulus Cardinal·

A D ſcãm Mariã inuiolatã in regiõe Tregi·in iſta ecclia eſt oratoriũ in quo beatus Lucas depinxit quatuor imagines ꝟginis glioſe·vnã ad ſui deuotiõez i eo ſtatu quo beatus Lucas habuit noticiã ipſi⁹ ꝟginis bñdicte ideo cũ anulo in digito depinxit:q̃ manet vſq; in hodiernũ diẽ i dcõ oratorio·Et qr multa miracula btã ꝟgo Maria in dicta imagine opera

bat̃ xpiani ad eã cõfluẽtes ad dictã eccleſiã ve
niebãt ꝛ refecti gr̃a: leti ad ꝓpria reuertebant̃.
Uocabat̃ aũt oratoriũ ſcĩ Pauli ꝛ Luce.

AD ſcm̃ Marcellũ in regiõe Tregi. i iſta
eccleſia ẽ monaſteriũ ſeruoꝝ btẽ virgi
nis. Eſt in iſta ecc̃lia vna ſepultura por
phiretica: in q̃ recõdita ſunt corpa ſcõꝝ ꝟginũ
ꝛ martyꝝ digne ꝛ merite: ꝛ brachiũ ſcĩ Mathei
apl̃i ꝛ euangeliſte: que oĩa tpe ſctĩſſimi dñi nr̃i
pape Caliꝯti. iii. apl̃ico Romano viſa ſunt. Hic
eſt ſepulta ſcã Felicitas cũ. vii. filiis. Statio: ti
(tulus Cardinalis ꝛ ſedes eſt.

AD ſcm̃ Silueſtrũ i regiõe colũna requie
ſcũt corpa ſcõꝝ ꝛ ſcãꝝ quoꝝ noticia na
talitioꝝ pꝫ in vna ſculptura lõga. oñdit̃ i iſta
ecc̃lia caput ſcĩ Joãnis bap. reliq̃e ſcĩ Laurẽtii
vna pecia de cappa ſctĩ Franciſci: ꝛ plures alie
reliquie in die ſcĩ Jo. bap. ꝛ ſcĩ Silueſtri: quarũ
(oĩm noĩa in oſtenſiõe reuelant̃.

AD ſctm̃ Laurẽ. i lucina in regiõe Cãpi
martis anno incar. do. Mcxcvi. põt. dñi
Celeſtini. iii. pa. ãno eiꝰ. vi. indictiõ. xiiii. men
ſis Maii dedicata fuit hec ecc̃lia ꝑ manꝰ eiuſdẽ
Celeſtini cũ quo interfuer̃t archiep̃i Eboracẽ
ac Cerẽtinẽ Sipõtinꝰ ep̃s Albanẽ. Octauia
nus oſtiẽ. Petrus portuẽ. Joãnes viterbiẽ
Nicolaꝰ ſimphoniẽ. ꝛc. ꝛ tota curia cardinaliũ
p̃ſidente huic eccl̃ie Cinthio cardinali. Fcã aũt
eſt hec dedicatio ad honorẽ dei ꝛ beati Laurẽ
martyris cũ deuotiõe totiꝰ populi romani ꝛ ad
iacentiũ pp̃loꝝ cũ tãta ſolẽnitate ꝛ gloria: q̃lis
hactenꝰ nec recognita nec viſa fuit. He ſunt re
liquie q̃ recõdite ſũt ſub altari maiori. due am
ple cũ adipe ꝛ ſanguie ſancti Lau. ꝛ vas plenũ
de cremata carne ſancti Lau. gauſape quo an
gelus terſit corpꝰ eiꝰ. Craticula ſuꝑ qua aſſatꝰ
fuit ſanctꝰ Laurentiꝰ. Et corpa btõꝝ martyrũ
Alexãdri pape. Euẽtii Theodoli Seuerine Põ
tiani Euſebii Uincentii ꝛ Peregrini Gordiani
noĩa plurimoꝝ ſanctorũ reliquie in dextra ꝑte
(chori patet litteris ſculptis.

AD ſcm̃ Triphonem eſt eccleſia cõtigua
eccleſie ſãcti Auguſtini. Eſtq̈ ſtatio ibi
(in quadrageſima ꝛ indulgentia

AD ſcm̃ Auguſtinũ in regiõe Cãpi mar
tis eſt vna eccleſia noua nũc a fundamẽ

tis pulchre erecta ⁊ cõſtructa. hic eſt ſepultura
ſcẽ Monice. Eſtq̧ caput ſcẽ Monice ⁊ ſcẽ Ruf-
fine: hic ē pncipalior imago int̃ oẽs quas ſcũs
Lucas depinxit quam ſemp quocũq̧ ierat ſecũ
portauit. Et repta eſt in ſepultura ſci Luce cir
ca caput ei⁹. Et vocat̃ ſancta Maria virgo ꝟgi
nũ ⁊ mater oĩm. Etiaȝ p totaȝ vrbeȝ Romanaȝ
claruit miraculis tpe Innocentii pape. viii. An
no dñi nři Jeſu xpi. M.cccc.lxxxv.

Ad ſcm̃ Apollinareȝ requeſcũt corpa ſcõꝝ
martyruȝ Euſtrarii Aardarii Eugenii
Oreſti ⁊ Auxentii ſub altari maiori.

(Statio in .xl. ſedes Cardinalis.
Ad ſanctaȝ Mariaȝ de pplo ad portã flã
mineã. illud nomẽ venit iſto mõ ⁊ ortuȝ
habȝ vt pȝ ex infraſcriptis. Tpe pape Paſcalis
vbi nũc altare mai⁹ eſt erat quedã arbor nucis
alias arbores in altitudines pcellens: in q̄ de-
mones corp⁹ Neronis cuſtodiẽtes latitabãt: q
oẽs trãſeũtes p portaȝ iſtã pnoĩataȝ flamineã
trucidabãt penit⁹ ſuffocabãt. Audiens aũt hoc
ſanctiſſim⁹ pdictus pa. Paſcalis omni populo
indixit ieiuniũ. Etenim clero in oĩone pſiſtens

deuote ſupplicãdo vt deus ⁊ btã Maria ꝟgo di
gnaret̃ pplm romanũ a tã inhũaniſſima ⁊ ter-
ribili peſte liberare: ac cui placerẽt qd faciendũ
miſericordit̃ relaxarẽt: cui tertia nocte appuit
beata ꝟgo bis alloquẽs verbis dicẽs: Paſcalis
ſurge egredere ad locũ q flamminea porta vo-
cat̃ iuxta quaȝ nucis arborẽ repies alias arbo
res lõgitudine pcedẽtẽ: quã pcidere facias ⁊ pe
nit⁹ eradicare ⁊ ĩ eodẽ loco meo noĩe faciaſ eccle
ſiaȝ fabricari. Qui cũ euigilaſſet: ſtatĩ ad dictũ
locũ acceſſit ꝯgregata mltitudine ppli ac cleri
⁊ platoꝝ pceſſionalit̃ ⁊ dictaȝ arboreȝ pcepit in
cidi atq̧ radicit⁹ eradicari. mox vt eradicata ex
titit vbi ipe manibus ppriis altare fundauit: ⁊
poſtmodũ in ſui ꝯſecratõe certis reliqis ĩſigni
uit ⁊ miſericordit̃ indulgentias pmulgauit. in
cui⁹ cõſecratiõe oĩb⁹ deuote accidentib⁹ ⁊ ſuas
elemoſinas largientib⁹ iux̃ ſuaꝝ viriũ poſſibili
tateȝ. ſupradict⁹ pa. Paſcalis ꝯceſſit a feria. vi.
poſt tertiaȝ dñicaȝ q̃drageſime vſq̧ ad octauaȝ
paſce p quolibȝ die mille annos ⁊ totideȝ q̃dra
genas ob reuerentiaȝ ꝟginis glorioſe quaȝ Si
xtus pa. iiii. de nouo a fundamento renouauit

eãq3 maxis indulgẽtiis dotauit: vz oẽs ꝛ ſingli q eãdẽ eccleſiã in natiuitatis: purificatioñ· anñciatioñ. viſitatioñ ꝛ aſſũptiõis Marie vgi nis feſtiuitatib⁹ a pmis veſpis vſq3 ad ii· veſpe ras ſingulis earũdẽ feſtiuitatib⁹ dieb⁹. Et ǭli bet die ſabbati ſingulaꝝ ebdomadaꝝ· xl· plena riaz oĩm ſuoꝝ pctõꝝ rmiſſionẽ ꝛ veniaz ꝯſequa tur· in eað vo ecclia ſũt ꝙplures venerabiliſſi me relıqe quoꝝ noĩa nimis lõgũ eſſet enarrare

AD ſanctaz Bibianaz loc⁹ q vocabaẽ anti quo tpe vrſipileati: moderno tpe mona ſteriũ ſctẽ Bibiane· Itẽ anno a nati· dñi M· Honori⁹ pa· iii· vii· anno põtificat⁹ ſui mẽſe Martii· vi· feria· añ dñicã de paſſiõe cũ magna ſolẽnitate eccleſiã hãc in honore btẽ Bibiane v ginis ꝛ martyris ꝯſecrauit remiſſionẽ triũ an noꝝ ꝛ triũ ǭdragenaꝝ a die ꝯſecratiõis quã· iii die añ ipſaz dñicã de paſſiõe ſtatuit celebrandã vſq3 ad octauã ipſi⁹ annuatim ſingulis dieb⁹ ad eã deuote veniẽtib⁹ indulgẽdo. in loco iſto plã tauit ſancta Bibiana vnã herbaz q̃ pulueriʒata hoĩes a morbo curanẽ caduco· qñõ ſuſcipiẽd⁹ eſt iſte puluis ponĩ in ſcriptis· Fuerũt in iſto loco ſepelita· v· milia corpa ſcõꝝ martyꝝ abſq3 paruulis ꝛ mulierib⁹: ꝛ ibið eſt indulgẽtia ma xima vt i Cronicis veraciter enarraẽ· Sũt ꝛ ẽt ſexcentoꝝ milia annoꝝ indulgentiarũ in feſto omniũ ſcõꝝ· Statio in· xl·

AD ſanctũ Euſebiũ ẽ monaſteriũ in quo ſunt· vii· M· dccc· ꝛ· liiii· ǭdragene vere indulgẽtie ꝯceſſe omnib⁹ viſitantib⁹ man⁹ por rigẽtib⁹· nomina multoꝝ ſcõꝝ quoꝝ corpa ſũt in iſta eccleſia ſancti Euſebii recondita pñt in vna tabula ſcripta ſm ordinẽ legi· Statio: titu lus Cardinalis·

AD ſcm̃ Matheũ in via vbi ꝓgreditur de ſctõ Joanne in Laterano ad eccleſiam ſcẽ Marie maioris: ibi ſunt· M· anni indulgen tiaꝝ ꝛ totidẽ ǭdragene ꝛ remiſſio ſeptime ptis omniuʒ pctõꝝ: quas cõfirmauit papa Honori⁹ Alexander ꝛ Innocentius·

AD ſcm̃ Julianũ ex oppoſito eccleſie ſcti Euſebii· hic ꝓpe videnẽ adhuc ab anti quo idoloꝝ imagines poſite· Sũt in eccleſia de noĩata ſcti Juliani frẽs Carmelitaꝝ· Notandũ eſt ꝙ ibi fit vna aqua bñdicta cũ reliquiis ſcõꝝ

Juliani ꝛ Alberti que curat oēs febꝛicitantes.
etiaȝ alias infirmitates q ieiuni ſumūt cū trib⁹
pr̄ nr̄ ꝛ totidē Aue maria: ad laudē oīpotentis
dei: glorioſe ꝟginis Marie ꝛ ſcōꝝ Juliani ꝛ Al
berti: vel vnaȝ miſſaȝ ad honorē p̄noiati ſancti
Alberti legant vel legi faciant: quoꝝ feſtiuita
(tes ſunt ſeptima die Auguſti.

AD ſcm̄ Vitū ad Macellos. in iſta eccl'ia
eſt vn⁹ lapis marmoreus ferreo cancel
lo circūdatus: ſup quo trucidata ſeu interfecta
ſunt vltra milia corpa ſcōꝝ martyꝝ. Habeturq
i p̄dicta eccleſia. vii. milia annoꝝ ꝛ totidē qua
dragene. Jtem in ſupradicta eccleſia habet̄ ta
lis gr̄a p merita ſcōꝝ martyrū Viti ꝛ Modeſti
ꝛ Creſcentie ꝙ quicūq fuiſſet leſus ab aliquo
cane rabido vel rabioſo: vel a quouis alio aīali
cū pane tincto i oleo ſancti Viti demū comeſti
(a patiente liberat̄.

AD ſanctaȝ Braxedē: tpibus ſctiſſimi ac
beatiſſimi ap'lici dn̄i Paſcalis pa. intro
ducta ſūt veneranda ſcōꝝ corpa in hāc ſcām et
venerabilē baſilicā btē xp̄i ꝟginis Braxedis: q
p̄dictus pontifex diruta ꝛ cimiteriū ſeu corpis
iacentia auferens ſub altari ſūmo pp'iis mani
bus collocauit i mēſe Julii die. xx. indictioñ. x.
Jn capella libera nos a penis inferni ꝛ ort⁹ pa
radiſi eſt colūna in qua ligatus fuit dn̄s nr̄ Je
ſus xp̄s in paſſiōe ſua: ꝛ ſup dicta colūna ſunt
corpa ſcōꝝ martyꝝ Valentini ꝛ Cenōis: ꝛ i me
dio capelle ſub lapide rotūdo ſūt corpa. xl. mar
tyrū: ꝛ in ſiniſtra manu ſup queȝ poſitū eſt plū
bū cū quo colūna fuit mutata quē mulieres tā
gūt ex quo mulieres nō p̄nt intrare capellā: ſub
illo lapide ſunt ſepulti. xi. ſūmi pōtifices: ꝛ ſūt
indulgētie quotidie. xii. M. annoꝝ ꝛ totideȝ q̄
dragenaꝝ: ꝛ tertie ptis remiſſio oīm pctōꝝ. Jn
medio eccleſie vbi ferrū circūdat lapidē rotūdū
ſub illo lapide dr̄ eē ſanguis ſcōꝝ martyꝝ quē
btā Braxedis cū quadā ſpōgia colligēs in hūc
puteū lapide rotūdo cōcluſuȝ īfundebat: ꝛ mul
ta ſcōꝝ corpa in xp̄o zelauit p quoꝝ merita cō
cedat nobis deus celoꝝ regna. Jtē in hac ſupra
dicta venerabili eccl'ia ſeu capella eſt altare ſu
per quo Paſcalis papa p̄dict⁹ celebrauit qnq
miſſas pro quadaȝ aīa defūcta: quibus finitis
viſibiliter vidit illaȝ deferre beatā ꝟginē in gre

mio omnipotētis dei: vt euſdē ter patet in parie
te dicte capelle ſup͛a feneſtrā ferreaꝫ: quo viſo
miraculo auc͛te ap͞lica dimiſit ꝙ ſi q̄s celebrari
fecerit extrahat vnā animā de purgatorio.

AD ſcm̄ Martinū in montib⁹ tp͞ibus do
mini Sergii pape iunioris ī ſacro alta
ri beati Silueſtri preſulis: ⁊ beati Mar
tini cū beatiſſimo Fabiano ⁊ Stephano ⁊ Sot
tere martyrib⁹ ac ſummis pōtificib⁹ inſimulqꝫ
Aſterio cum ſanctiſſima filia eius ſanctoqꝫ Ci
riaco ⁊c̄. De ſanctorum plurib⁹ habet̄ ſculpta ī
marmore ad dextram partem chori ſummi alta
ris iſtius nominate eccleſie inclyte. Iteꝫ iſti ſe
quentes verſus ſunt ſcripti litteris aureis ſiue
opere muſaico triplici circulo in circuitu parie
tis ſupra ſummum altare iſtius eccleſie.

Sergius hanc cepit preſul quā cernitis aulam
Romane ſedes diuino tactus amore
Cenobiū ſacrum ſtatuit monachoſqꝫ locauit
Regina qb⁹ Martin⁹ ouans Silueſter ⁊ almus
Qui moriens nullū potui conferre decorem
Perficit ſolers melius q̄ꝫ ante manebat
Qui dn̄o aſſiduas valeant perſoluere laudes
Preſulgent gaudentqꝫ ſicqꝫ cum xp̄o
Sed mox papa Leo quart⁹ vt culmina ſumpſit
Atqꝫ pie totam picturam ornauit honeſte.
Talibus vt donis quoꝝ tp͞e meritis
Hec tempora dicata coruſcant.

AD ſcm̄ Ciriacū retro termas ē vna eccl͞a
nūc ruinata vbi quōdā erat ſtatio, ⁊ idul
gētie: q̄ oīa tp͞e Sixti pape. iiii. tranſlata
ſunt in eccleſiā ſci Quirici apd̄ turrim militie.

Inſtaurata videlicet Quirit⁹ cū matre Julita
Que fuerunt longa diruta templa die
Principe ſub Sixto delubris nulla vetuſtas
Hic reficit pontes menia templa vias

Sūt ſub altari maiori recōdite reliquie de plu
ribus martyrib⁹: ⁊ quorū noīa habent̄ ſcripta
(apud predictū altare.

AD ſcām Suſannā apud termas ibi ſunt
ſepulta ſcā Suſāna ⁊ ei⁹ pr̄. Eſt ibi clau
ſtrū ordīs ſci Auguſtini. Statio: titul⁹ Cardi.

AD ſām Potētianā. in iſta eccl͞ia ſcē Po
tētiane ſororis ſcē Braxedis requieſcūt
vltra tria milia corpa ſcōꝝ martyꝝ ī ci
miterio Priſtille: ⁊ pa. Simplici⁹ ꝯſecrauit hāc

ecclesiā: ꝯcessit ꝑ quolibet corpe deuote eā visitantib⁹ indulgētias vni⁹ anni ꝛ vnam q̈dragenā ꝛ tertie ptis pctōꝝ remissionē. pa. Celestin⁹ Bonifaci⁹. Clemēs. Gregori⁹. Urban⁹. Alexander: q̈libet istoꝝ ꝯcessit: q̄ oī die ponunt̄ scripta in vna tabula ꝛ legi plenius pn̄t. Itē in prima capella hui⁹ ecclesie retro summū altare versus meridiē celebrauit sctūs Petrus primam suam missā: ꝛ ī maiori capella versus meridiē est puteus in quo recōditus est sanguis triū milium martyrū: ꝛ in ea capella vocata sci pastoris: q̈dam sacerdos missaꝫ celebrās ī festinatiōe dia boli agitat⁹ in eleuatione scā dubitabat ibi esse verū corpus xp̄i: ꝛ statim hostia ab altari super lapidē marmoreū cecidit: sacerdos vidēs miraculū pauit ꝛ manib⁹ maxima cum reuerētia hostiam suscepit que ibi supra lapidē sue magnitudinis reliquit miraculose signū qd̄ adhuc vsq̧ tp̄s videt̄ vbi est parua craticula: ꝛ ex hoc miraculo sacerdos credidit qd̄ antea dubitabat.

(Titulus ꝛ sedes Cardinalis.

AD scām Indolā est claustrū mulierū in qd̄ raro intrāt peregrini ꝛ alii homines

AD scm̄ Uitalē est vna ecclesia ꝑ pa. Sixtū. iiii. pon. max. restaurata tpe suo āno Jubilei. Est statio: titulus Cardinalis.

AD scm̄ Laurētiū palisperne ītra palatia Decii īpatoris ista ecclesia est ꝯstructa hic ē loc⁹ martyrii vbi assat⁹ ē btūs Laurenī. sepulturaq̧ existit btē Brigitte q̄ fuit regia regni Suetie: ibi in p̄noīata ecclesia sci Laurē. plures reliq̄e ōndunt̄. i. feria q̄nta q̈dragesime quoꝝ noīa habent̄ ī vna tabula scripta. vna ps craticule. vnū brachiū sci Laurē. Itē in vno cristallo carbones certi q̄ clare ꝛ lucide videri pn̄t quib⁹ assat⁹ est btūs Lauren. etiaꝫ ossa eiusdeꝫ

(Statio in. xl. est claustrū mulierū.

AD scāꝫ Eufemiaꝫ. ista ecclīa est ī medio istaꝝ ecclīaꝝ scē Potētiane ꝛ sci Petri ad vincula inferi⁹ in strata vbi itur ad mariaꝫ maiorē ē claustrū mulieꝝ q̄ p̄noīata scā Eufemia ꝓiecta fuit ī puteū ī quo serpentes ꝛ scorpiōes

(erant a quibus grā xp̄i illesa exiuit.

AD scm̄ Laureñ. in carcere ī eadeꝫ strata qua p̄noīata ecclīa scē Eufemie est ꝓpe. Dicit̄ etiaꝫ ad scm̄ Laurentium ad fontes. Est

etiaꝫ clauſtrū monialiū. Ibiq̨ ſcūs Laurētius
ſanctū Ipolitū ⁊ Lucillum baptizauit ⁊ eos fi/
(dem xpianam docuit.

AD ſcm̄ Petrū ad vincula in mōte. hic eſt
Cardi. titulꝰ ⁊ ſedes. De reliquiis iſtiꝰ ec
cleſie ⁊ indulgētiis īfraſcripta metra exponūt.

Hoc dn̄i templū Petrus fuit ante dicatum
Tertius antiſtes Sixtus ſacrauerat olim
Ciuili bello deſtructum poſt fuit ipſum
Eudoxia quidem totum renouauit ibidem
Pelagius rurſus ſacrauit papa beatus
Corpora ſanctoꝝ condens ibi Machabeoꝝ
Appoſuit Petri precioſi vinculi ferri
Illuſtris mulier que detulit ab Hieruſalem
Et quibus eſt Petrus Neronis tpe vinctus
Auguſti menſis celebrantur feſta kalendis
Quicq̨ huc acceſſerint lauant̄ crimina cūcta

Itē de his ⁊ pluribꝰ reliquiis ponit̄ pulchre in
tabula vbi pleniꝰ quiſq̨ poteſt intelligere.

AD ſcām mariā ara celi ꝑpe capitoliū in
mōte q̄ dicebat̄ Tarpeiꝰ mons vbi aſcē
dit̄ per gradus. c. ⁊. xx. vbi nunc illa ec/
cleſia eſt fuit palatium Octauiani: cui Sibilla
quē Romani vt deū adorare volebant. Circulū
aureū circa ſolē oſtendit ⁊ in eo virginē puerū ge
ſtantē in gremio dicens: Hic maior te eſt. Poſt
cōſtruxit ibi vnū altare ⁊ vocauit ara celi. obla
tionē fecit ⁊ adorauit vnigenitū dei filium. Ad
iſtud altare ponūt̄ iſti verſus ſculpti ī medio du
arū colūnaꝝ marmoreaꝝ. Luminis hanc almā
matris qui ſcandis ad aulā. Cunctaꝝ primaq̨
fuit orbe ſita. Aras qd̄ ceſar tunc ſtruxit Octa
uianus. Hanc arā celi ſacra cū proles pater ei.
Sūt in iſta ecclīa infraſcripte reliq̄e. Eſt ibi ſe/
pulchrū ſcē Helene q̄ fuit mater Cōſtātini. Hic
ſepultꝰ eſt ſcūs Habūdus. ſcūs Artemius. ſcūs
Habūdantiꝰ. ibi eſt vna imago btē Marie vir/
ginis quā ſcūs Lucas depinxit ī ea diſpoſitiōe
⁊ forma dū ſtetit ad crucem dn̄i nr̄i Jeſu xpī: de
cuiꝰ virtute pōt legi in vna tabula poſita circa
iſtā imaginē miracula multa. Itē an̄ chorū eſt
vnꝰ lapis vbi parua cācella rotūdus poſitꝰ: de
quo lege iſtos verſus. Xpicole cūcti deuota men
te tenere. Tpe Gregorii ſculptus eſt lapis iſte
Angelicis pedibꝰ ex bonitate Jeſu. Sunt in iſta
eccleſia fratres ordinis ſancti Franciſci.

AD ſcõs angelos ĩ regiõe ſcti Angeli ibi ſepult⁹ eſt ſcũs Simphorioſus cum ſuis ſociis: ibi ſunt etiã reliquie que ponunt̃ in dieb⁹ feſtiuis: q̃ Romane vrbis eſt Senator (oĩ ãno offert huic eccl'ie vnũ calicẽ.

AOd ſcãm mariã ſup Mineruã in regiõe Pinee. in iſta eccl'ia ſunt frẽs ordinis ſci Dñici. Noĩs iſti⁹ eccleſie ratio patet in his verſibus ſequentibus. Romanus hic populus delirando coluit mineruã. Nũc ibi xp̃icolã colit orthodoxa mariã. Illius iã deperiit vndiq; ſapiẽtia fallax. Uera per hãc mũdo regnat ſapiẽtia xp̃s Illa ſubacta iacet hec ſublimiſſima regnat Illa ſuis penã hec nobis premia confert. Sunt in p̃noĩata eccl'ia infraſcripte reliquie. De crinibus ⁊ veſtimẽtis btẽ ꝟginis. de trib⁹ Patriarchis Abraham Iſaac ⁊ Iacob. de Daniele ꝓpheta. Itẽ ſocietas Romanoꝝ ciuiũ multas elemoſynas ibi facit orphanis ⁊ pauperibus.

AD ſanctã mariã Rotundã olim templũ oim idoloꝝ erat: nũc ĩ honore btẽ ꝟgĩs eſt dicata ⁊ ꝯſecrata ⁊ oĩm ſcõꝝ. tertia ⁊ ſeptĩa die mẽſis Maii eſt ſtatio ⁊ ꝑdonãtia. in diebus feſtiuis btẽ virginis ⁊ omniũ ſanctorũ eſt ſtatio ⁊ ꝑdonantia. In choro ſub altari ſũt ſepulti ſancti Raſius ⁊ Anaſtaſius.

AD ſanctã mariam magadlenã in regiõe Columna: ibi ſocietas cõfalonis multa opera penitentie facit.

AD ſcm̃ Euſtachiũ ĩ regiõe ſci Euſtachii anno incar. dñi. M. cxcvi. ⁊ ãno. vi. Celeſtini. iii. pa. indictiõ. xiiii. in dñica qua cantat̃: Modicũ. dedicata eſt eccl'ia ſci Euſtachii cũ trib⁹ altarib⁹: ⁊ cõſtructa ꝑ dictũ papã; coadiutores fuerũt hi epi. Octauian⁹ hoſtiẽſ. Petr⁹ gallocia portueñ. Ioãnes albaneñ. Petr⁹ archieps agereñ. noĩa plurimoꝝ epoꝝ aſſiſtentiũ ponunt̃ in ſculptura inſtr̃i. in eadẽ eccleſia ſũt ibi he reliq̃e. de ligno ſcẽ Crucis dñi. de ſanguine ipſi⁹. de ſpinea corona. de veſtimẽtis ei⁹. de coſta ſci Andree. de carbonib⁹ ſci Laurentii. de reliquiis ſcti Euſtachii Teopiſte vxoris ⁊ filioꝝ Teopiſte ⁊ Agapiti ponũt̃ etiã certe capſelle cũ reliquiis in feſtiuitatib⁹.

AD ſcm̃ Saluatorẽ apud campũ martis circa templũ martis. hic eſt vna imago

ſaluatoris que dicit̄ Pietas·

AD ſcām Mariā mōtis celi in regiōe Re
gule· hic ſepulta eſt ſcā Nimpha virgo·
ſcūs Manicilianus ep̄s· apud iſtā eccle
ſiam ſunt notabiles reliquie ⁊ indulgentie·

AD ſanctū Martinellū in regiōe Regule
Gualterus monach⁹ ſcī ſaluatoris Rea
tineñ. tp̄e Honorii·iii·pape a fundamen
tis reedificauit eccleſiam iſtam· hic eſt de veſti
mento ⁊ tunica quā beata virgo fecit ⁊ cōtexit
filio ſuo Jeſu xp̄o ⁊ creuit ſecum·

AD ſanctū Andreaz in regione in medio
vie campi Flore ⁊ platee iudeoꝝ· Itē an
no a natiuitate xp̄i·M·cccc·xlvii·fuerūt
inuēte digne reliquie in vna pelui ⁊ vno vitro
que ſteterūt plus ꝙ·cc·annis in iſto loco ſicut
patefaciebat ſcriptura cū iſtis reliquiis repta·

AD ſcm̄ Blaſiū ad annellū in regione Re
gule. hic eſt annul⁹ ſcī Blaſii quē detulit
in dignitate ep̄ali in manu ſua. Suntq̄
plures reliquie in iſta eccleſia que in die ſancti
Blaſii ⁊ aliis feſtiuitatib⁹ videri poſſunt·

AD ſanctā Barbarā in regiōe Parionis:
in maiori altari iſtius eccleſie ſunt poſi
te iſte reliquie· De capite ⁊ velo ſcē Bar
bare· de veſtimento virginis Marie ⁊ Bartho
lomei apl̄i. Margarite· Felicis· Loticii· Xpofo
ri· Sebaſtiani· Alexii· marii. marthe. de interu
la Dalmatica ſci Laurentii· apoſtoloꝝ Philip
pi ⁊ Jacobi· Petronelle· de capillis ſancte marie
magdalene· De plurimoꝝ ſanctorū reliquiis ⁊
indulgentiis habet̄ in ſcriptis ad altare maius
Etiam ſcribitur legenda beate Barbare metri
ce pulchre poſita·

AD eccleſiā ſcī Jacobi Hiſpanoꝝ nūcupa
ta de vrbe conceſſit papa Innocen· viii·
plenariā remiſſionē oīm pctōꝝ oībus et
ſingulis q̄ eandē eccleſiā ī feſto eiuſdē ſcī Jaco
bi apl̄i a p̄mis veſpis vſq̄ ad occaſum ſolis diei
ipſi⁹ feſti deuote viſitauerint annuatim·

AD ſanctā mariā de aīa ē hoſpitale theu
tonicoꝝ: ibidē cū maxima deuotione ac
diligentia celebrant̄ diuina: ⁊ multe in
dulgentie Cuilibet quoq̄ Alamano vtriuſq̄ ſe
xus tribus noctibus traditur hoſpitium ⁊c·

AD ſanctaʒ mariam de Pace quam Sixt⁹ pa. iiii. de nouo a fundamēto edificauit eāq; mariꝭ indulgētiis dotauit: vʒ oēs ⁊ ſinguli q eand ecclīaʒ ſingul' feſtiuitatib⁹ btē marie ꝟginis: vʒ annūciatiōis. viſitatiōis. Niuis aſſumptiōis. natiuitatis. cōceptiōis purificationū a p̄mis veſpis vigilie vſq; ad occaſuʒ ſolis feſtiuitatū earūdē: necnō quolibʒ die ſabbati toti⁹. xl. p totaʒ diē deuote viſitauerint ꝑ q̄libet earūd feſtiuitatū ⁊ dictaꝝ dieꝝ ſabbati qua p̄dictaʒ ecclīaʒ viſitauerint plenariaʒ remiſſionem ⁊ veniam oīm pctōꝝ ſuoꝝ conſequant̄.

AD ſcm̄ Laurentiū in Damaſo in regiōe Parionis apud campū Flore. eccleſiam iſtaʒ fūdauit btūs Damaſus prim⁹ ⁊ dicauit. Ponit̄ i feſtiuitatib⁹ i vna capſa eburnea decorata: in qua plures capſelle cum reliquiis ſcōꝝ quoꝝ noīa vna cū iſtis capſellis i vna cedula ſcripta ponūt̄. Etiaʒ vnū bicceriū grande vitreū: ex quo in die ſci Damaſi hoīes ſumunt potū ad honorē p̄noīati ſcti Damaſi. de cuius virtute oēs hoīes confidunt de febrib⁹ ſe liberaturos. Titulus ⁊ ſedes Cardinalis.

AD ſcm̄ Blaſiū de Pāneta i medio campi Flore pōtis ſci angeli in via q̄ dr̄ Florida via: de iſti⁹ eccleſie indulgētia ⁊ religq̄s iſti ⁊ alii plures ꝟſus dant itelligere ibi i lapide ꝟſus portā ſculpto. Hoc fuit iceptū renouari tpe templū. Urbis Alexādri Romane p̄ſulis anni. Ann⁹ erat ei⁹ duoden⁹ ⁊ ipſe ſcds. Annus millen⁹ gemin⁹ tūc ſeptuagen⁹. Tpe quo verbū cōcepit ꝟgo ſupnū. Ann⁹ in Auguſto currebat mēſe puſto. Sexta diadena fuerāt idictio dena Abbas dn̄s meritiſ ⁊ noīe dign⁹. Iſtaʒ domū q dē cepit cōpleuit ⁊ idē. Cōdidit h lignū crucis venerabile dignū. Et veſtē diue genitricis xpi pe marie. Andree ſcti Blaſii Darieq; Criſanti.

AD ſcm̄ Celſum in regiōe pōtis vbi nūc iſta ecclīa ē: fuerūt edes pr̄is ſci Celſi: q cū ſcō Juliano ⁊ Baſiliſſa corꝑalit̄ tranſlatus eſt ad eccleſiaʒ ſci Pauli apl̄i.

AD ſanctā mariaʒ tranſpontinam in iſta ecclīa cernunt̄ adhuc iſte due colūne in quib⁹ bti apl̄i Petr⁹ ⁊ Paul⁹ fuerūt ligati ⁊ flagellati: quas oēs hoīes pn̄t pro deuotiōe quotidie attingere. Itē in porta media iſtius eccle

ſic reperiunt̃ iſta ſculpta: anno dñi· Mcxxx. tpe dñi Grego· viii· pa· anno ei⁹· iii· mēſe Februarii die ſcđa flumen Tyberis creuit vſq̧ ad ſignale crucis quod videt̃ in p2efata po2ta·

AD ſctm̄ Jacobū in medio vie ſcē ad ſctm̄ Petrū ꝛ caſtelli ſancti angeli· hic dicit̃ eſſe lapis ſup2a altare ſup2a quod oblatus fuit xp̄s in templū qñ Simeon eū ſuſcepat in vlnas ſuas ꝛ dixit: Nūc dimittis ſeruū tuū dñe ꝛc̄. Siſtit̃ i tēplo puer ꝛ Simeonis i vlnas Accipit̃ cui danda quies nā lumina ſerui· Cōſpexere deum clarū iubar omnib⁹ o2tum·

AD ſcām Catherinā nō remote de platea ſci Petri. hic fuit clauſtrū mulierū· Ibi eſt de oleo qđ de ſepultura ſctē Catherine fluxit· Etiā đ lacte qđ loco ſanguinis fluxit de ſancto co2po2e eius qñ decollata fuit·

AD ſcm̄ Spiritū eſt hoſpitale in quo fiūt magne elemoſyne ꝛ m̄ie infirmis: etiam oēs o2phani infantuli congregant̃ ibi ꝛ nutriunt̃: qđ hoſpitale Sixtus papa· iiii· de nouo a fūdamēto maximis ſtructuris renouauit magnamq̧ fraternitatē in eodeꝫ o2dinauit: ad quā ipſe ſe manu ꝓp2ia cū plurib⁹ Cardinalib⁹ inſcripſit: ꝛ conceſſit omnib⁹ ꝛ ſingulis qui intrant ꝛ ſe ad eandem fraternitatē inſcribere faciant ꝙ eligere poſſint confeſſo2em idoneū qui eos abſoluere pōt ab oibus pctis etiam a caſibus ſedi apoſtolice reſeruatis ſemel in mo2tis articulo ꝛ in vita totiēs quotiēs opo2tunū fuerit: vt pleni⁹ continet̃ in quadaꝫ bulla deſuper facta· Eſtq̧ p2ima die dñica Antonii ꝛ Penthecoſtes ibi ſtatio ꝛ indulgētia· Eſt ibi b2achiuꝫ ſancti Andree· digitus ſcē Catherine qui clare pōt in mōſtrantia videri· ꝛ plures alie reliq̧e·

IN capella Campi ſancti· Hic ſepeliuntur omnes peregrini ꝛ pauperes cuiuſcunq̧ generationis.

AD ſcm̄ Pancratiū per po2tā aureā extra muros tranſtyberim· Iſta eccleſia circūquaq̧ lapidibus po2phireticis ſatis pulch2e eſt deco2ata. Sūt hic recōdita co2pa infra ſcripta: vꝫ ſub altari maio2i requeſcit co2pus ſci Pancratii epi ꝛ martyris: ꝛ co2p⁹ ſci Pancratii militis ꝛ martyris ſub altari qđ eſt a capite huius eccl̄ie· ꝛ ad dexterā requeſcit co2p⁹ ſci Victo2

ris martyris: vnde dicebatur eccleſia ſancti Ui
ctoris et Pancratii martyrum. Sub altari quod
eſt in medio eccleſie requieſcũt corpa ſanctorũ
martyrũ Malchi et Madiani. corpꝰ ſancte Go-
theris virginis. Item in ea permanet nobile ci
miterium nominatum Calepodii preſbyteri et
martyris. in quo quidẽ cimiterio eſt ſepulchrũ
beati Calixti pape et martyris in quo ꝑmanſit
per multos annos corpus eius: demũ tranſla-
tum eſt ad ſanctam Mariam tranſtyberim: de
quo etiam quotidie ipſius eccleſie canonici fa-
ciunt cõmemorationẽ. iuxta quam eccleſiã ſctẽ
marie: vz et verſus portam Portueñ. eſt prima
eccleſia ipſius ſcti Calixti. Eccleſia uo antedi-
cta ſancte marie ꝑ ipſuz Calixtũ cõſtructa fuit
Requieſcunt inſuper in ea reliquie ſeu corpora
ſanctorum martyrum et virginum et confeſſorũ
quorũ nomina ſunt in libro vite. Que quidem
corpora videri poſſũt manifeſte et tangi: ſz nul-
latenꝰ tranſportari: quia excõicatio papalis eſt
niſi ex ſpeciali licentia ſummi põtificis: nec vo-
luntate ipſoꝝ monachoꝝ in ea eccleſia et mona-
ſterio perſiſtentium.

¶ Stationes in Quadrageſima.

¶ In die Cinerũ feria. iiii. ad ſanctaz Sabinaz
Feria. v. ad ſanctum Georgium.
Feria. vi. ad ſanctum Joannem et Paulum.
Sabbato ad ſanctum Triphonem.
¶ Dominica prima ad ſanctũ Joannem in
Laterano et ad ſanctum Petrum.
Feria. ii. ad ſanctum Petrum ad vincula.
Feria. iii. ad ſanctam Anaſtaſiam.
Feria. iiii. ad ſanctam mariam maiorem.
Feria. v. ad ſanctũ Laurentiũ in Paliſperna
Feria. vi. ad ſanctos apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.
¶ Dñica. ii. ad ſanctam mariam in Nauicula.
Feria. ii. ad ſanctum Clementem.
Feria. iii. ad ſanctam Balbinam.
Feria. iiii. ad ſanctam Ceciliam.
Feria. v. ad ſcãz mariaz traſtyberi ad fõtes olei
Feria. vi. ad ſanctum Uitalem.
Sabbato ad ſanctũ Marcellinũ et Petrum.
¶ Dñica. iii. ad ſanctũ Laurentiũ extra muros
Feria. ii. ad ſanctum Marcum.
Feria. iii. ad ſanctam Potentianam.

Feria·iiii·ad ſanctum Sixtum·
Feria·v·ad ſanctos Coſmam ⁊ Damianum·
Feria·vi·ad ſanctum Laurentiū in Lucina
Sabbato ad ſanctam Suſannam·
¶Dñica·iiii·ad ſanctā Crucē in Hieruſalem·
Feria·ii·ad quattuoꝛ Coꝛonatos·
Feria·iii·ad ſanctū Laurentiū in Damaſo·
Feria·iiii·ad ſanctum Paulum·
Feria·v·ad ſanctum Silueſtrum·
Feria·vi·ad ſanctum Euſebium
Sabbato ad ſcm̄ Nicolaū in carcere Tulliano·
¶Dñica·v·ad ſanctum Petrum·
Feria·ii·ad ſanctum Criſogonum·
Feria·iii·ad ſanctum Ciriacum·
Feria·iiii·ad ſanctum Marcellum·
Feria·v·ad ſanctum Apollinarem·
Feria·vi·ad ſanctū Stephanū in Celiomonte·
Sabbato ad ſanctū Joannē ante poꝛtaꝫ latinā
¶Dñica·vi·ad ſanctū Joannem in Laterano·
Feria·ii·ad ſanctam Braxedem·
Feria·iii·ad ſanctam Priſcam·
Feria·iiii·ad ſanctam Mariam maioꝛem·
Feria·v·ad ſanctū Joannem in Laterano·
Feria·vi·ad ſanctā Crucem in Hieruſalem·
Sabbato ad ſanctū Joannem in Laterano·
¶Dñica in Paſcha ad ſanctā Mariā maioꝛeꝫ·
Feria·ii·ad ſanctum Petrum·
Feria·iii·ad ſanctum Paulum·
Feria·iiii·ad ſanctū Laurentiū extra muros·
Feria·v·ad ſanctos apoſtolos·
Feria·vi·ad ſanctam Mariam rotundam·
Sabbato ad ſanctū Joannem in Laterano·
¶Dñica in Albis ad ſanctū Pancratium·
¶Sunt etiā ſpeciales ſtatiões in·xl·ad ſanctā Mariam de Populo oī die a medio·xl·vſqꝫ ad octauā paſche: apit̃ ⁊ oñdit̃ imago btē ꝟginis
¶Itē·xx·die Martii eſt ad ſcām crucē i Hieruſalē ſtatio· Iſto die pñt intrare mulieres capellam ſcē Helene ⁊ nō alio tpe per totū annū·

¶Stationes poſt Paſcha·

¶In die ſci Marci cōueniunt oēs reliquie per totā Romā: ⁊ fit vna generalis ꝓceſſio de eccleſia ſancti Marci ad ſanctum Petrum·
In ebdomada rogationū·ii·feria ad ſcm̄ Petrū
Feria·iii·ad ſanctū Joannem in Laterano·
Feria·iiii·ad ſanctam Mariam maioꝛem·

¶ In die aſcenſionis dñi ad ſanctũ Petrum.
Illo die oſtendit͛ ordinarie vultus ſanctus
¶ In die Penthecoſtes ad ſanctũ Petrum.
Secũda Pẽthecoſtes ad ſcm̃ Petrũ ad vincula
Tertia Pẽthecoſtes ad ſanctũ Anaſtaſium.
Feria.iiii.quattuor tempoꝝ ad ſanctam mariã
maiorem ⁊ ad ſanctum Petrum.
Feria.v.ad ſanctũ Laurentiũ extra muros
Feria.vi.ad ſanctos apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.

¶ Itẽ in.iiii.tempoꝝ menſe Septẽbris.

¶ Feria.iiii.ad ſanctam mariam maiorem.
Feria.vi.ad ſanctos apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.

¶ Stationes in Aduentu.

¶ Dñica prima ad ſanctam mariam maiorem.
Dñica.ii.ad ſanctã Crucem in Hieruſalem.
Dñica.iii.ad ad ſanctum Petrum.
Feria.iiii.q̃tuor tpm i aduẽtu ad mariã maio.
Feria.vi.ad ſanctos apoſtolos.
Sabbato ad ſanctum Petrum.
Dñica.iiii.ad ſanctos apoſtolos.
In vigilia natiuitatis xp̃i ad mariam maiorez
¶ In die natiuitatis xp̃i in primo Gallicantu
ad ſanctaz mariã maiorẽ in capella ad preſepe
dñi nr̃i Jeſu xp̃i: ĩ qua etiã nõ intrãt mulieres.
In aurora ad miſſam ad ſanctam Anaſtaſiam
Ad ſummã miſſam ad ſanctã mariam maiorẽ.
In die ſancti Stephani ad ſanctum Stephanũ
in Celiomonte.
In die ſci Joannis ad ſanctã mariaz maiorẽ ⁊
ad ſcm̃ Joannẽ ĩ Laterano: ⁊ ad ſcm̃ Silueſtrũ
In iſto die oſtendit͛ caput ſci Joannis baptiſte
In die Innocentum ad ſanctum Paulum.
In circũciſiõe dñi ad ſcãz mariã ad fõtes olei.
In Epiphania dñi ad ſanctum Petrum.
¶ Dñica in ſexageſima ad ſanctum Paulum.
Dñica in.lxx.ad ſcm̃ Laurentiũ extra muros.
Dñica Eſto mihi.ad ſanctum Petrum.

¶ Finis.

¶ Impreſſum Rome per magiſtrũ Stephanuz
Planck de Patauia Anno.M.ccccxcvi.die xo
xiiii.menſis Martii. Sedẽte Alexandro.vi.põ
tifice maximo Anno eius quarto.